



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

16. Tria optima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

SYMBOLUM 15.

Tria pessima.

*Anima peccatoris cum peccato perseverans, diabolus, infernus.*

*S. Aug. de salut. docum. cap. 48.*

**S**unt tria felici Triadis procul arce reposta,  
Haud reor in terris deteriora dari.

Mente quid est pejus, proprio quæ devia motu,  
Lethiferi telo criminis icta jacet?

Quid magis horrendum, quid dæmone tetrius usquam;  
Fingite tartareis asperiora rogis.

SYMBOLUM 16.

Tria optima.

*Anima Sancti in bonis operibus perseverans, Angeli qui eam  
suscipiunt, Paradisus in quem ducitur. Aug. l. cit.*

**A**ngele qui constans in amore Tri-unius hæres  
Numinis, o quanta nobilitate micat!

Mens humana caput tollet super omnia, fiet  
Peccati, Triados, libera labe, capax.

Quot rutilant tua Trina Monas capitolia gemmis,  
Quot tua mellifluis affluit Aula bonis?

SYMBOLUM 17.

*Tria quæ melius fieri nequeunt*

**E**n trias excellens operum quibus æqua creari,  
Nec majora queunt, nec meliora dari.

(a) Unio divini sumpto cum corpore Verbi,  
Magna Parens, Sancto Pneumate foeta, Dei.

Quæ